



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 61. Famulus vestibus Fecialis indutus a Ludovico ad Eduardum missus,  
de pace acturus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

metum in Anglorum animis auxerant, saecul. XV.  
A. C. 1475.  
ipse etiam Burgundus sub idem tempus  
novam conceptæ contra se diffidentiae  
materiam suppeditavit, ac suspicionem  
præbuit, se ab Anglorum partibus defe-  
ctionem moliri, eoquod præcipiti consi-  
lio in Lotharingiam profectus, Regique  
valere jusso pollicitus esset, se ex hac Pro-  
vincia copias suas revocaturum.

## §. LXI.

*Famulus vestibus Fecialis indutus a  
Ludovico ad Eduardum missus,  
de pace acturus.*

Exiguo post tempore hujus rei fama ad  
Ludovicum Galliarum Regem delata  
est, atque rumori fidem addidit confessio  
cujusdam famuli, qui olim ab obsequiis  
cujusdam ex Proceribus Regiis ab An-  
glis interceptus, in Gallias redire jussus  
est. Hunc Ludovicus primo explorato-  
rem esse credebat, demum veto ab eo to-  
tam rei summam penitus edoctus est.  
Ergo opportunum advenisse tempus cre-  
debat, quo consilia sibi ab Eduardi Regis  
Feciali data exequeretur; quapropter  
Philippo Comminæo injunxit, ut Halleſi  
seu de Sallesii, qui Merichonis de Rup-  
pella filius erat, famulum conquireret,  
ab eodemque exploraret, an sub alieno  
Fecialis habitu personatus Ludovici no-  
*Hist. Eccles. Tom. XXIX. L1 mine*

**Sæc. XV.** mine Regem Angliæ adire auderet. **Com-**  
**A. G. 1475.** minæus iussa exequitur; ast primo hujus  
 famuli conspectu suspensus hæret, eum-  
 que ad gerenda tanti momenti negotia  
 omnino ineptum suspicatur; hunc ta-  
 men juvenem Rex, licet non nisi unico  
 eoque brevi sermone illius experimentum  
 fecisset, acri iudicio, & humanissimis iux-  
 ta ac blandis moribus præditum, pro  
 ad subeundam hanc provinciam sat ido-  
 neum iudicabat. Magna Famulum te-  
 nuit rei sibi propositæ admiratio, & qua-  
 si exanimis ad Comminæi pedes corruit;  
 ejus tamen animus brevi erectus est am-  
 pla auri pollicitatione, atque spe officii,  
 quo tributis in Rea Insula describendis  
 præficeretur. Ergo Galliarum Regis  
 conspectum subit, vestibus Fecialis indui-  
 tur, ac mandatis instructus in Angliam  
 proficiscitur.

## §. LXII.

*Pax Anglorum Regi a Feciali  
 proposita.*

**F**amulus iste ementitus fecialis habitum  
 ad Anglorum castra pervenit. Ast mox  
 comprehensus ad tentorium Regis duci-  
 tur, quî genus, unde domo, quid negotii  
 haberet, interrogatus, se a Ludovico XI.  
 missum respondit, ac multa, quæ Anglo-  
 rum Regi referret, habere, sibi que injun-  
 ctum